



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 59. Gallorum querelæ contra agendi rationem Cardinalis Lotharingii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](#)

§. LIX.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1564.*Gallorum querelæ contra agendi  
rationem Cardinalis Lo-  
tharingii.*

**L**otharingio hæc crimini dabantur I. *Sarp. l. 8.*  
 accusabatur, quod decretis Regno <sup>p. 764.</sup>  
 noxiis sese non opposuerit: porro hoc  
 accusationis caput fuisse objectum pa-  
 tet ex notis, quas Ferrerius in reforma-  
 tionis capita utriusque postremæ Ses-  
 sionis Venetiis confarcinaverat II. illi  
 objiciebatur, quod admiserit asseri:  
*Papam solitudinem universæ Ecclesiæ*  
 gerere, nam cessisse dicebatur articulo,  
 de quo, & ipse, & omnes Episcopi Gal-  
 li tamdiu decertassent, cum huic adver-  
 setur totius Franciæ opinio, *de supe-*  
*rioritate Concilii supra Papam* III. re-  
 darguebatur, quod potuisset ipse uno  
 verbulo remedium adhibere, si dicen-  
 dum curasset, quemadmodum a S. Pau-  
 lo dictum, *universarum Ecclesiarum*; ubi  
 nemo repugnaturus fuisset huic lo-  
 quendi formulæ, qua D. Paulus usus  
 est. IV. Illi vertebatur vitio, quod ei-  
 dem opinioni de Superioritate Concilii  
 præjudicium in ultima Sessione factum  
 sit per vigesimi primi capituli clausulam,  
 in qua dicitur: *salva semper & sit, &*  
*intelligatur auctoritas Sedis Apostolicæ:*  
 insu-

Sæcni XVI  
A.C. 1564

insuper ultimo decreto de petenda a  
Papa confirmatione huic opinioni de-  
rogatum dicebatur. V. Objiciebatur  
etiam, quod, cum Rex, & universa Ec-  
clesia Gallicana contendissent, postre-  
mam Patrum convocationem, per  
Pium IV. factam, esse *indictionem noui*  
*Concilii*, non autem *continuationem* illius  
sub Paulo III., & Julio III. interrupta,  
fracta tamen constantia Lotharin-  
gius concederit, ut hæc continuatio-  
nam supradicto, & capite vigesimo pri-  
mo, quam in decreto de relegendis iis,  
quæ sub his Pontificibus definita sunt,  
declararetur, quo pacto ignominiose ju-  
ri huic renuntiatum, quod a Rege bien-  
nio propugnatum est: VI. eidem obji-  
ciebant, quod approbatio eorum, quæ  
sub Julio III. decreta fuere, deroget, &  
præjudicio sit protestationi per id tem-  
pus factæ a Rege Henrico II. Adver-  
sus hasce accusationes Cardinalis pro-  
viribus sese purgabat: verum omnes e-  
jus rationes non prævalere poterant  
erroneæ illorum opinioni, qui cuncta,  
quæ circa reformationis decreta in Con-  
cilio fuissent sancita, Franciæ juribus,  
Regisque auctoritati esse aduersa fin-  
gebant.

§. LX.